

r Homicidam.] Titulus delicti si non exprimat saltem peremptorij tempore, vt Senatus plures ordinavit, succurritur reo, & hoc vt sciri possit pona. Ros.
f. El. mandatorum.] Adde, quod inquisitio postea formati ꝑ contra mandantem, etiam quod non conitet de mandato, Nat. d. confilio 422. libr. 2. Baiard.
l. Indicis dicentis.] Adde, quod immo nec etiam ratione arbitrij, Iudici a statuto concessi, indicij non precedentibus inquiri potest, Menoch. tractat. de arbit. iud. libr. 1. q. 78. inf. q. 35. vers. sed quid si Princeps, vbi dixi supra, quaest. 6. in fin. quaest. 64. vers. sed nunquid bannitus, ibi, responde, quod immo verificari potest, Drogh.
u. Alij distingunt.] Adde Negul. tract. de pign. & hyp. 3. part. tertij membri quinte partis princ. n. 6. Drogh.
x Notarius maleficio- rum debet dicere.] Adde Bru. tract. de indic. & tort. q. 9. sub n. 4. Drogh.

Quod ex ista assertione Iudicis dicentis in libello inquisitionis famam publicam praecessisse, dicatur probata fama. Doctores in hoc multum se involuunt: nam aliqui dicunt simpliciter, quod sic, & dicit Foller in pract. crim. can. fol. 87. n. 33. quod ita tenent communiter Doctores. Aliqui distinguunt, an Iudex procedat ad instantiam alicuius, an autem ex mero officio: quidem, vt si ad instantiam alterius procedat, teneatur ille, qui promouet inquisitionem, facere fidem de fama: si vero procedat Iudex ex mero officio, credatur ipsi Iudici asserenti famam publicam praecessisse. Et dicit Card. Alex. in cap. de accusatione, col. 25. circa mediu. 2. q. 8. quod ita tenent communiter Doct. Alij distinguunt inter Iudicem ordinarium, & delegatum, vt scilicet delegatus non possit inquirere, nisi prius fama ipsa per testes probata fuerit: & in hoc videntur concordare Doctores omnes, vt dicit Berous in d. cap. qualiter, & quando, n. 36. in fine. In ordinario vero, vbi procedat ex mero officio, sufficit, quod extraiudicialiter ei de facto constet. Et hanc dicit esse communem opin. Aret. in cap. cum oporteat, nu. 43. & seq. de accusat. Berous in loco praalleg. n. 36. Et ex hoc inferunt, quod potest ordinarius formare inquisitionem non examinatis testibus super infamia: & quod vbi recipiat aliquos testes super infamia, non tenetur eorum dare copiam reo petenti. Sed tamen si appellatur ad superiores, dicunt, quod tenetur Iudex probare, reum fuisse diffamatum, alias processus esset nullus. Et hanc attestatur esse communem opin. Alex. de Neuo, conf. 86. n. 1. Aret. in d. ca. cum oporteat, prout illum refert Boss. in tit. de inquisitione post n. 70. Vbi etiam subdit, quod ita practicatur. Breuiter quidquid sit de iure canonico, in quo fuit inuenta ista diffamatio, practica fore civilis obseruat totum contrarium. Et Berous in loco praalleg. refert nonnullos attestantes seruari in practica, quod ordinarius non inquirat ex mero officio, si prius non appareat de fama ex dictis testibus. Et certe si obseruaretur illa opinio, quod crederetur Iudici de fama asserenti, posset quilibet Iudex procedere ad inquisitionem specialem criminis contra aliquem, asserendo, quod sibi extraiudicialiter constat illum esse diffamatum de ipso crimine: quod esset destruere totam practicam criminalem, secunduam quam prohibetur Iudici inquirere, nisi precedat diffamatio, aut aliquid aliud, quod aperiat viam inquisitionis, vt dixi sup. in d. q. 6. in princ. & vers. sed retenta, & seq. Et dicere, quod si pars appellet, tenebitur Iudex facere fidem de infamia coram superiore, mibi videntur somnia vigilantium, cum bona venia tantorum patrum. Et si quis vellet ista in practica obseruare, credo, quod omnibus se deridendum praberet. Tu ergo dic, quod ad hoc, vt Iudex possit inquisitionem suam fundare super diffamatione, requiritur, quod de fama constet per testes iudicialiter receptos. Et ideo Ang. in repet. l. si vacantia, n. 182. C. de bon. vac. lib. 10. monet Iudicem, vt sit cautus, quod semper recipiat dicta diffamantium ad bancum pro tribunali sedendo, ne possit obijci, quod diffamatio in occulto facta sit, quod dicit esse notandum Angel. de malefic. in verbo, Fama publica, in primis verbis: subdens, quod quando recipitur a iudice talis diffamatio in suo bastardello, & notarius maleficio- rum debet dicere. Et praedicta facta fuerunt ad bancum iuris iudice pro tribunali sedente: & dicit: Hoc tenementi in practica ne erres. Sed certe neque hoc seruatur in practica: nam stante generali consuetudine, quod ex omni delicto possit inquiri, habet informationes super diffamatione amplius non sunt in vsu, quia semper fere aliquo alio modo contingit aperiri viam Iudici ad inquirendum absque diffamatione. Et ideo practica obseruat, quod constituto de delicto eodem contextu assumuntur informationes super crimine, & super fama, vt dixi supra quaest. 6. vers. vltimo scias.

Et clamosa insinuatione referente. Clamosam insinuationem requiri de iure vltra famam, ad hoc, vt per inquisitionem procedi possit, dixi supra quaest. 6. vers. item quaro. Non quidem maleuolis, & suspectis, sed potius ab honestis, & veridicis hominibus, & personis. Debet autem fama habere originem a personis non suspectis, vt dixi in d. q. 6. vers. amplius etiam, & seq.

Non semel tantum, sed saepe & saepius ad aures, & notitiam dicti D. Potestatis, & Iudicis, & Curia. Requiritur, quod fama non semel tantum, sed saepe ad aures Iudicis ascendat, dixi supra in d. quaestione sexta, vers. quaro nunc.

Etiam per modum notorij auditus peruenit. Hec verba solent semper apponi in inquisitionibus, etiam quod delictum non sit notorium. Et fuit consil. Ang. de malefic. in verb. Etiam per modum notorij, nu. 1. vbi dicit, quod Iudex debet semper in suis inquisitionibus apponere istud verbum: & quod a paucis vidit apponi, sed male faciunt. August. autem ibi in addit. dicit, quod immo male faciunt Iudices, qui apponunt haec verba, quando delictum est notorium. Ego credo, quod Iudices, qui apponunt ista verba in inquisitione, bene faciunt, etiam si sit dubium, an delictum sit notorium, vel ne: nam dicta verba nihil reo praediudicant, cum Iudici non credatur asserenti, delictum esse notorium, nisi aliter de notorietate appareat: possunt autem Iudici prodesse, si aliquid omittitur in processu, ad eum excusandum, vbi deinde apparet, quod delictum fuisse

y Quod de anno presenti. Vulpell. conf. 12. & 18. num. 3. plura per Plott. conf. 52. num. 15. & seqq. & limitat Natta consilio 422. numer. primo, insuper. videndus erit Cartar. de executio. sent. c. si. num. 149. Ross. Quod de anno presenti. Adde, quod in inquisitione licet tempus maleficij non exprimat, quando Iudex habet iustam causam ignorantiae, quod non potuit scire tempus delicti, Nat. in d. conf. 422. num. 11. num. 2.

41 Item adde, quod in crimine falsi non requiritur tempus, gl' in inst. de publ. iud. in princ. Marfil. in rub. ff. de falsi. numer. 16. & Ferrant. Garg. in conf. 126. numer. 1. tom. 1. inter conf. crim. diuers. Baiard.

z Expressioe temporis. Et ideo accusator ponens diem in accusatione, sed illum non probans succumbit; vt per Marfil. Rub. de fideiuss. num. 72. infra q. 86. vers. scias autem circa finem, ubi habetur de isto tempore; An autem de necessitate exprimi debeat dies, supra q. 12. vers. sic. Praeterea in fin. c. seq. est autem dies, maximè in causa, falsi de substantia supra q. 12. vers. sic. Dixi, ad fin. Capyc. decif. 5. num. 9. vide Crau. conf. 262. sub num. 1. ad fin. latissimè Plot. inter Consilia criminalia diuers. conf. 109. per totum uol. 1. de quo dixi supra ad dict. q. 12. Drogh.

a Existens Florentia. Adde, quod inquisitio ꝑ ualet, etiam si non exprimat, locus delicti, quando est in iudice iusta causa ignorantiae, quod non potuit scire locum, in quo fuit commissum delictum, Nat. d. conf. 422. nu. 11.

43 Item adde, quod in crimine falsi non requiritur expressio loci, glo. inst. de publ. iud. in princ. Marfil. in rub. ff. de falsis. numer. 16. Ferran. Gargia d. consil. 125. num. 2. tom. 1. inter consil. crim. diuers. Baiard.

b Vel potius Notarij. sup. q. 26. in princ. ubi similiter loquitur de No-

fuisse notorium, & quod iudex tanquam super notorio processisset. Quod autem dicatur delictum notorium, & quomodo in crimine notorio procedatur, dixi supra q. 9. per totam.

11 Quod de anno presenti, & mense Octobris. Inquisitione debet exprimi annus, & mensis, prout in accusatione, secundum Bartol. in l. 2. §. publico, numero 12. ff. de adul. Et ita communiter tenetur, vt dicit Cardin. Alexand. in d. capit. de accusatione, colum. 33. in fin. 2. quaest. §. quem refert Foller. in pract. crim. numero 91. post numerum 39. Hanc etiam opin. dicit esse communem Aretin. in d. capit. de inquisitione, numero 90. Et ita videtur de consuetudine obseruari per totum mundum, vt dicit Ang. in l. ea quidem, numero 3. C. de accusat. Et licet Bald. in l. edita, in repet. Patavina, numero 30. tenetur contrarium quod scilicet in inquisitione non requiratur expressio loci, & temporis, illud tamen dictum Baldi communiter non tenetur, vt dicit Cardin. Alexand. in loco praallegato: est enim inquisitio subrogata loco accusationis. Et quamuis lex magis consistat de iudice, quam de accusatore, non est propterea tollenda reo facultas sua defensionis, quae potest resultare ex huiusmodi expressioe temporis. Et quia haec conclusio non habet in practica aliquam difficultatem, non est super ea vltimo modo hesitandum. An autem in inquisitione debeat exprimi dies, reccurrendum est ad ea, quae dixi supra q. 12. vers. sic. dixi etiam.

Existens Florentia in hospitio Leonis. Locus de necessitate exprimi debet in inquisitione, prout in accusatione, de quo dictum est aliquid vers. praecedenti, & latius supra q. 12. vers. est autem, & seqq.

Ceterum hoc loco ea verba, quae pertinent ad qualitates delictorum, omittuntur, quia diuersimodè apponuntur in inquisitionibus, prout etiam

variae sunt specis delictorum: Et licet Ang. de malef. voluerit omnia ad materiam criminalem spectantia tractare supra clausulis, & verbis vnicis inquisitionis, nobis visum est hic tantum tractare ea, quae pertinent ad formam ipsius libelli citationis: cetera vero suis locis explicamus.

12 Scienter, & dolose. Haec verba in inquisitione apposita sunt maxima importantia, licet iudices, vel potius notarij, qui sunt compilatores inquisitionum, illa saepius incōsideratè apponant. In primis enim multa facta puniuntur scienter commissa, quae ignorantè commissa non puniuntur. Nam licet omnis ignorantia in delictis regulariter non excuset, vt dixi infra q. 60. vers. quæro nunquid, nihilominus quando est probabilis, saepe, vel excusat in totum, vel saltem prodest ad mitigandam penam. Et hoc habet locum non modo, si delictum commissum est in faciendo, puta, si extet statutum, quod praestans opem bannito, vel nobili delinquenti acrius puniatur: certe debet probari, quod sciebat illum esse bannitum, vel nobilem: alias non habet locum dispositio statuti. Et ita se in facto obtinuisse dicit Angel. in l. 1. post. numer. 1. vers. vide dete domini, C. de Nili agger. non rumpen. quæ refert Ang. ad Angel. de malef. in verbo: & ad querelam, post. numer. 13. Praeterea multum interest, an in delicto interuenerit dolus, vel ne: nam videmus homicidium, quod sine dolo committitur, minus puniri, quam illud, quod dolose commissum est, vt dixi supra hoc eod. lib. §. homicidium, vers. Hec autem. item nemo potest corporaliter puniri, nisi dolus in ipso delicto interuenerit, vt dixi infra q. 84. circa principium.

13 Super quibus omnibus, & singulis, &c. Licet de iure in criminalibus non sit necessaria conclusio libelli, vt dixi supra, quaest. 12. vers. vltimo, quæro tamen de consuetudine apponitur in inquisitionibus ista clausula, Super quibus omnibus, & singulis, &c.

tarij, qui vice Iudicium placita scribunt infra q. 64. vers. Ceterum, q. 53. vers. Quintus. Drogh.

c Nam licet omnis ignorantia. Adde Text. & ibi Dec. in l. Regula, ff. de iur. & fact. ignor. & in quantum hic dicit, quod dictio, dolose, interponi debeat, vt in fine vers. c. vbi actus super quo inquiratur, de sui uatura foret semper malus, tunc non est necessaria dictio, dolose, quaequid dicat Cla. hic, nec ob id vitiat inquisitionem: hoc fuit dictum Ang. in l. si uacantia, Cod. de bon. vac. lib. 10. per text. in l. 1. C. de sicar. sequitur Fel. in cap. cognoscetes col. 2. ad med. extra de constitut. uide qua dixi supra in §. Homicidium, uerfic. ex proposito; Itē Felin. in c. ex parte el. 2. coll. mibi 12. uerfic. Restringitur, extra de rescript. & uide Boss. in tit. de Inquisit. numer. 113. & tit. de Confess. sub num. 23. Dec. in cap. in praesentia, numer. 55. de probat. Drogh.

d Vel Nobili delinquenti. Adde, quod de anno praeterito 1584. exijt a Gregorio XIII. Pont. Max. simile Proclama, in quo gratiabantur omnes banniti, exceptijs nobilibus. Drogh.

e Et singulis. Hic scias, quod accusatus de uulnere, & processatus, ꝑ se sequatur mors, potest de morte damnari, modo in inquisitione apposita sit ista clausula. Itē de alijs clausulis uide per Carrer. pag. 328. & de ista uide per eundem Carrer. pag. 175. num. 8. qui num. 9. ponit relatiue, an probationes de uulnere profint in accusatione de morte sequuta, & num. 11. an pax facta de uulnere extendatur ad mortem, & nu. 22. an fideiusor datus de se praesentia do super uulnere, si mors sequatur, teneatur in accusatione de morte se praesentare, nu. 13. quid si ab uno mortaliter est uulneratus, & ab alio postea occisus, an primus de morte teneatur, & num. 14. si in uno mense quis est uulneratus, &